

mino suo res subtraxit, intellegendum est. — § 2. Si ancilla redhibetur, et quod ex ea post venditionem natum erit, reddetur, sive unus artus sit, sive plures. — § 3. Sed et si forte ususfructus proprietati adcreverit, indubitate licet quoque restitetur. — § 4. Si peculium quæsit apud emptorem, quid de hoc dicemus? Et, si quidem ex re emptoris accessit, dicendum est, apud ipsum relinquentum: si aliunde crevit, vendori restitendum <sup>8</sup> [est]. — § 5. Si plures heredes sint emptori: an omnes ad redhibendum consentire debeant, videamus? Et ait Pomponius, omnes <sup>9</sup> consentire debere ad redhibendum: dareque unum <sup>10</sup> procuratorem: ne forte vendori injuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, alii in parte pretiū condennatur, quanti <sup>11</sup> minoris is homo sit. — § 6. Idem ait, homine <sup>12</sup> mortuo vel etiam redhibito, singulos pro suis portionibus recte agere. Pretium autem, et accessiones pro parte recipient: sed et fructus accessionis, et si quo deterior homo factus est, pro parte præstabilitur ab ipsis: nisi forte tale sit, quod divisionem non recipiat: utputa ancillæ partus: in hoc enim idem servandum est, quod in ipsa matre vendita, quam pro parte redhiberi posse negavimus. — § 7. Marcellus quoque scribit, si servus communis servum emerit, et sit in causa redhibitionis, unum ex dominis pro parte sua redhibere servum non posse: non magis (inquit) quam cum empori plures heredes exstiterunt, nec <sup>13</sup> omnes ad redhibendum consentiunt. — § 8. Idem Marcellus ait, non posse alterum ex dominis consequi actione ex emplo, ut sibi pro parte vendori tradat, si pro portione pretium dabit: et hoc in emporibus servari oportere ait: nam vendori pignoris <sup>14</sup> loco, quod vendidit, retinet, quoad <sup>15</sup> empori satisfaciat. — § 9. Pomponius ait, si unus ex heredibus, vel familia <sup>16</sup> ejus, vel procurator <sup>17</sup> culpa vel dolo fecerit rem deteriorem, aquam esse in solidum eum teneri arbitrio judicis: hoc autem expeditus esse, si omnes heredes unum <sup>18</sup> procuratorem ad agendum dederunt: tunc et si quo deterior servus culpa unius heredum factus est, et hoc solutum est, ceteri familiæ ericunda judicium adversus eum habent: quia, propter ipsum damnum sentiunt, impediunturque redhibere. — § 10. Si vendori plures heredes extiterint, singulis pro portione hereditaria poterit servus redhiberi: et si servus plurium venierit, idem erit dicendum: nam si unus a pluribus, [vel plures ab uno], vel plura mancipia ab uno emanatur, verius est dicere, si quasi plures rei fuerunt venditores, singulis in solidum redhibendum: si tamen partes emptæ sint a singulis, recte dicetur, alteri quidem posse redhiberi, cum altero autem agi quanto minoris. Item si plures singuli partes ab uno emant, tunc pro parte quisque eorum experietur: sed si in solidum emant, unusquisque in solidum redhibebit. — § 11. Si mancipium, quod redhibebit, oportet, mortuum erit, hoc quæratur, nunquid culpa emporis, vel familie ejus, vel procuratoris, homo demortuus sit: nam si culpa ejus decessit, prò vivo habendus est: et præstentur [ea] omnia, que præstarentur si viveret. — § 12. Culpam omnem accipiemus, non utique latam: propter quod dividendum est, quamcumque occasione morti emptor præstare debere eum: etiam si non adhibuit medicum, ut sanari possit, vel malum adhibuit, sed culpa sua. — § 13. Sed hoc dicemus, si ante judicium acceptum descessit: ceterum, si post judicium acceptum decessisse proponatur, tunc in arbitrio judicis veniet, qualiter mortuus sit: ut enim et Pedio videtur, ea quæcumque post <sup>19</sup> litis contestationem contingat, arbitrium judicis desiderant. — § 14. Quod in procuratore diximus, idem et in iure et curatore dicendum erit, ceterisque, qui ex officio pro aliis interveniunt: et ita Pedius ait, et adjicit, quibus administratio rerum, culpam abesse præstare non inique dominum cogi. — § 15. Idem Pedius ait, *familiae* appellatione et filiosfamilias <sup>20</sup> demonstrari: facta enim domesticorum, redhibitoria agentem præstare voluit. — § 16. Si quis egreditur quanto minoris propter servi fugam, deinde agat propter morbum: quanti fieri condemnatio debeat? Et quidem sapientiæ agi posse quanto minoris, dubium non est: sed ait Julianus, id agendum esse, ne lucrum emperor faciat, et bis <sup>21</sup> ejusdem rei estimationem consequatur. — § 17. In factum actio competit, ad pretium <sup>22</sup> recuperandum, si mancipium redhibitum fuerit: in qua non hoc queritur, an mancipium in causa redhibitionis fuerit, sed hoc tantum, an sit redhibitum: nec immerito: iniquum est enim, posteaquam vendor agnoscit, recipiendo mancipium, esse id in causa redhibitionis, [tunc] queri, utrum debuerit redhiberi, an non debuerit: nec de tempore queretur, an intra tempora redhibitus esse videatur. — § 18. Illud plane hæc actio exigit, ut sit redhibitus: ceterum, nisi fuerit redhibitus, deficit ista actio, etiam si nudo consensu

<sup>8</sup> L. 24, supr. eod. — <sup>9</sup> L. 7, infr. b. I. — <sup>10</sup> L. 29, infr. hic; L. 5, L. 7, infr. judicat. solvi. — <sup>11</sup> L. 43, L. 6, infr. b. I. — <sup>12</sup> L. 58, L. 5, infr. cod. — <sup>13</sup> L. 5, supr. h. I. — <sup>14</sup> L. 22, supr. de hered. vel act. vendi. L. 15, L. 8, supr. de act. empti. — <sup>15</sup> L. 57, in pr. L. 8, supr. eod. — <sup>16</sup> L. 25, L. 2, supr. eod. — <sup>17</sup> d. L. 25, L. 5, in fin. infr. h. I. — <sup>18</sup> L. 25, L. 5, in fin. infr. h. I. — <sup>19</sup> L. 25, L. 2, supr. ad leg. Aquil. — <sup>20</sup> L. 28, L. 35, in fin. infr. h. I. — <sup>21</sup> L. 52, L. 2, supr. de evict. — <sup>22</sup> L. 27, supr. h. I.

placerit, ut redhibeat: conventio ergo de redhibendo non facit locum huic actioni, sed ipsa redhibitio.

§ 19. Restitui autem debet per hanc actionem, etiam quod ei servio in venditione accessit. — § 20. Quia assidua <sup>25</sup> est dupla stipulatio, idcirco placuit, etiam ex empto agi posse, si duplam vendori mancipii non caveat: ea enim, que sunt moris et consuetudinis, in bona fidei judicis debent venire. — § 21. Qui mancipia vendunt, nationem cujusque in venditione pronunciare debent: plerunque enim natio servi aut provocat, aut deterret emptorem; id circa interest nostra scire nationem: præsumptum enim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sunt, non infamata; quosdam malos videri, quia ea natione sunt, que magis infamia est. Quod si de natione ita pronunciatio non erit, judicium empori, omnibusque, ad quos ea res pertinebit, dabitur: per quod empor redhibet mancipium. — § 22. Si quid ita venierit, ut nisi placuerit, intra præfixum tempus redhibeat <sup>24</sup>, ea conventione rata habetur: si autem de tempore nihil convenierit, in factum actio intra sexaginta dies utiles accommodatur emptori ad redhibendum, ultra non: si vero convenierit, ut in perpetuum redhibitio fiat, puto, hanc conventionem valere. Item si tempus sexaginta dierum præsumit redhibitioni præteriti, causa cognita judicium dabitur. — § 23. In cause autem cognitione hoc versabitur, si aut mora fuit per venditorem, aut non fuit præsens, cui redderetur, aut aliqua justa causa intercessit, cur intra diem redhibitum mancipium non est, quod [ei] magis displaceat. — § 24. In his autem actionibus eadem erunt observanda, quæ de partu, fructibus, accessionibus, queque de mortuo redhibendo dicta sunt. — § 25. Quod emptio accedit, partem esse venditionis, prudentibus vi-

### 32. GAIUS, lib. 2, ad Edictum ædilium curulum.

Itaque sicut superius vendor de morbo, vitio et ceteris, quæ ibi comprehensa sunt, predicere jubetur; et præterea in his causis non esse mancipium, ut promittat, præcipitur: ita et cum accedit aliis rei homo, eadem et prædicere, et promittere compellitur: quod non solum hoc casu intelligendum est, quo nominatim adjicitur, *accessum fundum hominem Sichum*, sed etiam si generaliter omnia mancipia, quæ in solidum sunt, accedit venditioni.

### 33. ULPIANUS, lib. 1, ad Edictum ædilium curulum.

Proinde Pomponius ait, justam causam esse, ut, quod in venditione accessum esse dictum est, tam integrum præstetur, quam illud præstari debuit, quod principaliter venit: nam jure civili, ut *integra* <sup>25</sup> sint, quæ accessura dictum fuerit, ex empto actio est: *veluti si dolia* <sup>26</sup> *accessura fundo dicta fuerint*: sed hoc ita, si certum corpus accessum fuerit dictum: nam si servus cum peculio venierit, ea mancipia quæ in peculio fuerint, sana esse præstare vendor non debet; quia non dixit, certum corpus accessum: sed peculium tale [præstare oportere]: et quemadmodum certam quantitatem peculii præstare non debet, ita nec hoc. Eadem rationem facere Pomponius ait, ut etiam si hereditas, aut peculium servi venierit, locus edicti ædilium non sit circa ea corpora, quæ sunt in hereditate, aut in peculio. Idem probat, et si *fundus cum instrumento* venierit, et in instrumento mancipia sint: puto hanc sentimentum veram: nisi si aliud specialiter actum esse proponatur. — § 1. Si vendita res redhibeat, servus quoque, qui ei rei accessit, licet nullum in eo vitium sit, redhibetur.

### 34. AFRICANUS, lib. 6 Quæstionum.

Cum ejusdem generis plures res simul veneant, veluti comedì, vel chorus, referre ait, in universo, an in singulos pretium constituantur: ut scilicet interdum una, interdum plures venditiones contractæ intelligantur: quod vel eo quæri pertinere, ut, si quis corum forte morbosus vel vitiosus sit, [vel] omnes simul redhibeantur. — § 1. Interdum etsi in singula capita pretium constituantur sit, tamen una emptio est: ut propter unius vitium omnes redhiberi [possint] vel debeant: scilicet cum manifestum erit, [non] nisi omnes quem emptum vel venditum fuisse: solet, ut neutri non nisi omnes habere expediat.

### 35. ULPIANUS, lib. 1, ad Edictum ædilium curulum.

Plerunque propter morbos mancipia etiam non morbosa redhibentur, si separari non <sup>28</sup> possint sine magno incommodo, vel ad pietatis <sup>29</sup> rationem offensam: quid enim, si filio retento, parentes redhibere malue-

rint, vel contra? Quod et in fratribus <sup>30</sup> et in personis contubernio sibi conjunctis, observari oportet.

### 36. POMPONIUS, lib. 23, ad Sabinum.

Si plura mancipia uno pretio venierint, et de uno eorum ædilitia actione utamur, ita denum pro bonitate ejus estimatio fiet, si confuse universis mancipiis constitutum pretium fuerit. Quod si singulorum mancipiorum constituto pretio, universa tanti venierint, quantum ex consummatione singulorum fiebat, tunc cujusque mancipi pretium, seu pluris, seu minoris id esset, sequi debemus.

### 37. ULPIANUS, lib. 1, ad Edictum ædilium curulum.

Præcipiant ædiles, ne veterato <sup>31</sup> pro novicio veneat. Et hoc editum faliaciis vendoribus occurrit: ubique enim curant ædiles, ne emptores a vendoribus circumveniantur: ut ecce plerique solent mancipia, quæ novicia non sunt, quasi novicia distrahere: ad hoc scilicet, ut pluris vendant: præsumptum est enim, ea mancipia, quæ rufia sunt, simpliciora esse, et ad ministeria aptiora, et dociliora, [ct] ad omne ministerium habilia; [trita vero mancipia] et veterana difficile est reformare], et ad suos mores formare. Quia igitur venalitari sciunt, facile decurrunt ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, et pro novitio vendunt: quod ne fiat, hoc edito, ædiles denunciant: et ideo si quid ignorante emptore ita venierit, redhibebitur.

### 38. IDEM, lib. 2, ad Edictum ædilium curulum.

Ædiles ait, qui jumenta vendunt, palam recte dicunt, quid in quoque corum morbi, vitioque sit: uti quæ optime ornata vendendi causa fuerint, ita emptori tradentur: si quid ita factum non erit, de ornamenti restituendis, jumentis ornamentorum nomine redhibendis, in diebus sexaginta: morbi autem, vitiove causa inempti facti, in sex mensibus vel quo minoris, cum venirent, fuerint, in annos judicium dabimus. Si jumenta parva sisul venierint, et alerum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, judicium dabimus, quo utrumque redhibeatur. — § 1. Loquuntur ædiles in hoc edito de jumentis redhibendis. — § 2. Causa autem hojus editi eadem est, que mancipiorum redhibendorum. — § 3. Et fere eadem sunt in his quæ in mancipiis, quod ad morbum, vitiumve attinet. Quidquid igitur hic diximus, hac erit transwendum: et si mortuus <sup>32</sup> fuerit jumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum mancipium [potest]. — § 4. Jumentorum autem appellatione an omne pecus continetur, videamus? Et difficile est, ut continetur: nam aliud significant jumenta, aliud significatur pecoris appellatione. — § 5. Idcirco elogium huic edito subjectum est, cuius verba hæc sunt, quæ de jumentorum sanitate diximus, de cetero quoque pecore omni venditores faciunt. — § 6. Unde dubitari desiit, an hoc edito boves quoque continetur: etenim jumentorum appellatione non <sup>33</sup> contineri eos verius est: sed pecoris appellatione continetur. — § 7. Sed enim sunt quedam, que in hominibus quidem morbum faciunt, in jumentis non adeo, utputa si multus castratus est, neque morbi, neque vitio quid habere videatur, quia neque de fortitudine quid ejus detrahitur, neque de utilitate: cum ad generandum nunquam sit habili. Cælis quoque scribit, non omnia animalia castrata ob id ipsum vitiosa esse, nisi propter ipsam castrationem facta sunt imbecilliora: et ideo mulum non esse vitiosum. Idem refert Ofilius existimat, equum castratum sanum esse: sicuti spado <sup>34</sup> quoque sanus est. sed si emptor ignoravit, vendor scit, ex empto esse actionem: et verum est, quod Ofilius. — § 8. Quesumus est, si multa talis sit, ut transjungi non possit, an sana sit? Et ait Pomponius sanam esse: plerasque rursum carriarum tales esse, ut non possint transjungi. — § 9. Idem ait, si nata sit eo ingenio, aut corpore, ut alterum jugum non patiatur, sanam non esse. — § 10. Non tantum autem ob morbum, vitiumve redhibito locum habebit in jumentis, verum etiam si contradicunt, promissumve, erit locus redhibitioni, exemplo <sup>35</sup> mancipiorum. — § 11. Vendendi autem causa ornatum jumentum videri Cælius ait, non si sub tempus venditionis, hoc est, biduo ante venditionem [ornatum] sit: sed si in ipsa venditione ornatum sit: aut ideo, [inquit] venale cum esset, sic ornatum inspicere: semperque cum de ornamenti agitur, [et] in actione et in edito adjectum est, vendendi causa ornata ducia esse: poterit enim jumentum ornatum itineris causa duci, deinde venire. — § 12. Si plura jumenta venierint, non omnia erunt redhibenda propter unius ornatum: nam [et] si vitiosum sit unum jugum, non tamen propter hoc cetera juga redhibebuntur. — § 13. Si forte jugum solvat, pendet <sup>36</sup> cui sit adquisitum, et ideo neutri eorum redhibitoria mularum sit, quarum, altera vitiosa est non ex pretio tantum vitiosæ,

<sup>30</sup> L. 53, inf. h. t. — <sup>31</sup> L. ult. 2 ult. inf. eod. — <sup>32</sup> L. 51, L. 26, supr. eod. — <sup>33</sup> L. 65, L. 25, L. 2, inf. de except. rei judic. — <sup>34</sup> L. 25, L. 38, in pr. supr. h. t. — <sup>35</sup> Addit. L. 9, in fin. supr. de alien. judic. mutandi caus. — <sup>36</sup> L. 4, in pr. supr. quis mod. pign. — <sup>37</sup> L. 56, supr. eod. — <sup>38</sup> In fin. pr. supr. h. t. — <sup>39</sup> L. 54, supr. eod. — <sup>40</sup> L. 35, in fin. supr. eod. — <sup>41</sup> L. 2, Inst. si quadrupes pauper. — <sup>42</sup> L. 17, L. 24, supr. h. t. — <sup>43</sup> L. 25, L. 25, supr. eod. — <sup>44</sup> L. 2, C. qst.

sed ex utriusque <sup>36</sup> erit componendum, quanti minoris sit: cum enim uno <sup>37</sup> pretio utraque venierint, non est separandum pretium, sed quanto minoris cum veniret, utrumque fuit, non alterum, quod erat vitiosum. —

§ 14. Cum autem jumenta parva venient, editio <sup>38</sup> expressum est, ut cum alterum in ea causa sit, ut redhiberi debeat, utrumque redhibeatur: in qua re tam emptori, quam venditori consulitur; dum jumenta non separantur. Simili modo et si tria venierit, redhibenda erit tota: et si quadriga, redhibebatur. Sed si duo paria mularum sint, et una mula vitiosa sit, vel par, solum par redhibebitur, alterum non: si tandem nondum sunt paria constituta, sed simpliciter quatuor mulae uno pretio venierint, unius erit mula redhibitio, non omnium: nam et si polia venierit, dicimus unum equum, qui vitiosus est, non omnem poliam redhiberi oportere. Hac et in hominibus dicemus, pluribus uno pretio distractis: nisi si separari non possint, utputa si tragedi <sup>39</sup> vel mimi.

39. PAULUS, lib. 1, ad Edictum ædilium curulum.

Vel fratres <sup>40</sup>.

40. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum ædilium curulum.

Hi enim non erunt separandi. — § 1. Deinde ait <sup>41</sup> ædiles, ne quis canem, verrem, [vel minorem aprum], lupum, ursum, pantheram, leonem, 41. PAULUS, lib. 2, ad Edictum ædilium curulum.

Et generaliter, aliud, quod noceret, animal, sive soluta sint, sive alligata, ut contineri vinculis, quo minus damnum inferant, non possint,

42. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum ædilium curulum.

Qua vulgo ierit, ita habuisse velit, ut cuiquam nocere, damnum dare possit: si adversus eam factum erit, et homo liber ex ea re perierit, solidi ducenti: si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonum æquum judici videbitur, condemnetur: ceterarum rerum, quanti damnum datum, factumve sit, dupli.

43. PAULUS, lib. 1, ad Edictum ædilium curulum.

Bovem, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt: item mulas, quæ cessum dant: ea quoque jumenta, quæ sine causa turbantur, et se metipsa eripiunt, vitiosus esse dicuntur. — § 1. Qui ad amicum <sup>42</sup> domini deprecatur confugit, non est fugitivus: immo etiam si ea mente sit, ut non impetrato auxilio domum non revertatur, nondum fugitivus est: quia non solum consilii, sed et facti, fugæ nomen est. — § 2. Qui persuasus alterius a domino recessit, fugitivus est, licet id non fuerit facturus citra consilium ejus qui persuasit. — § 3. Si servus meus bona fidei tibi serviri fugerit, vel sciens se meum esse, vel ignorans, fugitivus est: nisi animo ad me revertendi id fecit. — § 4. Mortis <sup>43</sup> conscientia causa sibi facit, qui propter nequitiam, malosque mores, flagitium aliquod admissum, mortem sibi

44. *Idem*, lib. 2, ad Edictum aedilium curulium.

Justissime aediles noluerunt, *hominem ei rei, quæ minoris<sup>51</sup> esset, accedere*: ne qua fraus aut edicto aut juri civili fieret, ut ait Pedius, propter dignitatem hominum: alioquin eadem rationem fuisse, et in ceteris rebus: ridiculum namque esse, tunc fundum accedere. Ceterum hominis venditioni quidvis adjicere licet: nam et plerunque plus in peculio est, quam in servo: et nonnunquam vicarius, qui accedit, pluris est, quam is servus qui venit. — § 1. Proponitur actio ex hoc edicto in eum, cuius maxima pars in venditione fuerit: quia plerunque venaliciarii ita societatem coeant, ut quidquid agunt in commune videantur agere: aequum enim aedilibus visum est, vel in unum ex his, cuius major pars aut nulla parte minor esset, aedilites actions competere: ne<sup>52</sup> cogere tur empor cum multis litigare: quamvis actio ex emplo cum singulis sit proportione, qua socii fuerint: nam id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum, pronius est. — § 2. In redhibitoria vel astimatoria potest dubitari, an, quia alienum servum vendidit, et ob evictionem, et propter morbum forte, vel fugam simul teneri potest: nam potest dici nihil interesse emporis, sanum esse, fugitivum non esse eum qui evictus sit? Sed interfuit emporis, *sanum possesse* propter operas: neque ex postfacto decrescat obligatio: statim enim ut servus traditus est, committitur stipulatio, quanti interest emporis.

45. *GAIUS*, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

*Redhibitoria actione* duplum habet condemnationem: modo enim in duplum, modo in simplicem condemnatur vendor: nam si neque pretium, neque accessionem solvat, neque eum qui eo nomine obligatus erit liberet, dupli pretii, et accessionis condemnari jubetur: si vero redditum et accessionem, vel eum qui eo nomine obligatus est liberet, simili [videtur condemnari].

46. *POMPONIUS*, lib. 18, ad Sabinum.

Cum mihi redhibiebas *furtis noxisque solutum esse*, promittere non debes, praterquam quod jussu tuo fecerat, aut ejus cui tu eum alienaveris.

47. *PAULUS*, lib. 11, ad Sabinum.

Si hominem emptum manumisisti<sup>53</sup>, et redhibitoriam, et quanti minoris denegandam tibi Labeo ait: sicut duplae actione periret: ergo et quod adversus dictum promissum sit, actio periret. — § 1. Post mortem<sup>54</sup> autem hominis aedilitiae actions manent:

48. *POMPONIUS*, lib. 23, ad Sabinum.

Si tamen sine culpa actoris, familiare eius, vel procuratoris mortuus sit. — § 1. Audiendus est is, qui de vitio vel morbo servi querens retinere eum velit. — § 2. Non nocebit empori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, vel intra annum astimatoria agere. — § 3. Ei, qui servum vincum vendiderit, aedilitum edictum remitti aequum est: multo enim amplius est id facere, quam pronunciare, *in vinculis fuisse*. — § 4. In aedilitis actionibus exceptionem opponi aequum est, si empor sciret de fuga, aut vinculis, aut ceteris rebus similibus, ut vendor absolvatur. — § 5. Aedilitiae actiones et heredi<sup>55</sup>, et in<sup>56</sup> heredem competent: ut tamen et facta heredem, quae postea accesserint, et quod experiri potuerint, querantur. — § 6. Non solidum de mancipiis, sed de omni animali hæ [actiones] competent: ita ut, etiam si usumfructum in homine emerit, competere debeant. — § 7. Cum redhibitoria actione de sanitate agitur, permittendum est, de uno vitio agere et predicere, ut, si quid aliud postea apparuisset, de eo iterum ageretur. — § 8. Simpliarium venditionum causa ne sit redhibitio, in usu est.

49. *ULPIANUS*, lib. 8 Disputationum.

Etiam<sup>57</sup> in fundo vendito redhibitionem procedere, nequaquam incertum est: veluti si pestilens<sup>58</sup> fundus distractus sit: nam redhibendum erit. Et benignum est dicere, vectigalis exactiōne futuri temporis post redhibitionem adversus emptorem cessare.

50. *JULIANUS*, lib. 4, ex Minicio.

*Varicosus* sanus non est.

51. *AFRICANUS*, lib. 8 Quæstionum.

Cum mancipium morbosum vel vitiosum servus emat, et redhibitoria vel ex emplo dominus experiat, omnimodo scientiam servi, non domini spectandam esse ait: ut nihil intersit, peculiari, an domini nomine emerit, et certum incertum mandante eo emerit: quia [tunc] et illud

51. *Vide tamen* L. 54, in pr. supr. de contrah. empt. — 52. *Addit.* L. 2, supr. de exerc. act. — 53. L. 25, infr. de exercit. — 54. L. 38, § 5, supr. L. 48, inf. h. t. — 55. L. 18, § 2, supr. de divers. temporal preser. — 56. L. 25, § 5, supr. cod. — 57. L. 65, inf. ed. — 58. L. 4, C. de aedil. act. — 59. L. 31, § 1, supr. h. t. — 60. L. 5, in pr. C. de aedil. act. — 61. L. 19, in fin.;

ex bona fide est, servum, cum quo negotium sit gestum, deceptum non esse, et rursus delictum ejusdem, quod in contrahendo admiserit, domino nocere debet: sed si servus, mandatu domini, hominem emerit, quem dominus vitiosum esse sciret, non tenetur vendor. — § 1. Circa procuratoris personam, cum quidem ipse scierit morbosum, vitiosum esse, non dubitandum, quin, quamvis ipse domino mandati vel negotiorum gestorum actione sit obstrictus, nihil magis eo nomine agere possit: at cum ipse ignorans esse vitiosum, mandatu domini qui id sciret emerit, et redhibitoria agat, ex persona domini utilem exceptionem ei non putabat opponendam.

52. *MARCIANUS*, lib. 4 Regularum.

Si furtum domino servus fecerit, non est necesse, hoc in venditione servi prædicere, nec ex hac causa redhibitio est: sed si dixerit, *hunc furem<sup>59</sup> non esse*, ex ifla parte tenebitur, *quod dixit, promisive*.

53. *JAVOLENUS*, lib. 1, ex posterioribus Labeonis.

Qui tertiana, aut quartana febri, aut podagra vexarentur, quive contialem morbum haberent, ne quidem his diebus quibus morbus vacaret, recte *sani* dicentur.

54. *PAPINIANUS*, lib. 4 Responsorum.

Actioni redhibitoria non est locus, si mancipium bonis conditionibus emptum fugerit, quod<sup>60</sup> ante non fugerat.

55. *Idem*, lib. 12 Responsorum.

Cum sex<sup>61</sup> menses utilis<sup>62</sup>, quibus experiundi potestas fuit, redhibitoria actioni prestaur, non videbitur potestatem experiundi habuisse qui vitium fugitiivi latens ignoravit: non idcirco tamen dissolutam ignorantem emporis excusari oportebit.

56. *PAULUS*, lib. 4 Questionum.

*Latinus Largus*: Quero, an fidessorii emptionis redhiberi mancipium possit? Respondi: Si in universam causam fidessorii sit acceptus, putat Marcellus posse ei fidessori redhiberi.

57. *Idem*, lib. 8 Questionum.

Si servus mancipium emit, et dominus redhibitoria agat, non aliter ei vendor datus est, quam<sup>63</sup> si omnia præstiterit, que huic actioni continentur: et quidem solida, non peculio tenus: nam et si ex emplo dominus agat, nisi pretium totum solverit, nihil consequitur. — § 1. Quod si servus<sup>64</sup> vel filius vendoriter, redhibitoria in peculio competit: in peculio autem et causa redhibitionis continetur: nec nos moveat, quod antequam reddatur servus, non est in peculio: non enim potest esse in peculio servus, qui adhuc emporis est: sed causa ipsius redhibitionis in peculio computatur: igitur si servus, decem millibus emptus, quinque millibus sit, hec quoque in peculio esse dicemus. Hoc ita, si nihil domino debeat, aut ademptum peculium non est. Quod si plus domino debeat, eveniet, ut hominem prestat et nihil consequatur.

58. *Idem*, lib. 8 Responsorum.

Quero, an, si servus apud emptorem fugit, et in causa redhibitionis esse pronunciatus fuerit, non prius venditori restituiri debet, quam<sup>65</sup> rerum ablatarum a servo astimationem præstiterit? Paulus respondit, venditorem cogendum non tantum pretium servi restituere, sed etiam rerum ablatarum astimationem: nisi<sup>66</sup> si pro his paratus sit servum noxae nomine relinquere. — § 1. Item quero, si nolit astimationem et pretia rerum restituere, an servus retinendus sit, et danda sit actio de peculio, vel de pretio redhibiti servi ex duplae stipulatione? Paulus respondit, de pretio servi repetendo competere actionem, etiam ex duplae stipulatione. De rebus per furtum ablatis jam responsum est. — § 2. Servum dupla emi, qui rebus ablatis fugit: mox inventus praesentibus honestis viris, interrogatus, an et in domo vendoris fugisset, respondit fugisse: quero, an standum sit responso servi? Paulus respondit: Si et alia indicia prioris fugae non deficiunt, tunc etiam servi<sup>67</sup> responso credendum est.

59. *ULPIANUS*, lib. 8, ad Edictum.

Cum in ea causa est venditum mancipium, ut redhiberi debeat, inquit<sup>68</sup> est, venditorem pretium redhibendæ rei consequi. — § 1. Si quis duos homines uno pretio emerit, et alter in ea causa est ut redhibetur, deinde petatur pretium totum, exceptio erit objicienda: si tandem pars pretii petatur, magis dicetur, non nocere exceptionem: nisi forte ea sit causa, in qua, propter alterius vitium, utrumque mancipium redhibendum sit.

61. L. 21, in pr. supr. de contrah. empt. — 52. Addit. L. 2, supr. de exerc. act. — 53. L. 25, in pr. supr. quando de pecul. setio annal. — 62. L. 1, infr. de divers. temporal preser. — 63. L. 31, § 2, supr. h. t.; L. 78, § 2, supr. de contrah. empt.; L. 13, § 2, supr. de act. empt. — 64. L. 25, § 4, supr. h. t. — 65. d. L. 25, § 2, supr. de aedil. act. — 66. L. 31, § 1, supr. h. t. — 60. L. 5, in pr. C. de aedil. act. — 61. L. 19, in fin.;

60. *PAULUS*, lib. 69, ad Edictum

Facta redhibitione, omnia<sup>69</sup> in integrum restituuntur, perinde ac<sup>70</sup> si neque emptio, neque venditio intercessit.

61. *ULPIANUS*, lib. 80, ad Edictum.

Quotiens de servitate agitur, victus tantum debet prestare, quanti minoris emisset empor, si scisset hanc servitudinem impositam.

62. *MODESTINUS*, lib. 8 Differentiarum.

Ad res donatas<sup>71</sup> edictum aedilium curulium non pertinere dicendum est: etenim quid si restitutur donator reppromitti, quando nullum pretium interveniat? Quid ergo, si res ab eo cui donata est, melior facta sit? nunquid quanti eius qui meliore fecit, interest, donatio conveniatur? Quod minime dicendum est: ne eo casu liberalitatis suæ donator penam patiatur: itaque si quæ res donetur, necesse non erit in reppromittere, que in rebus venalibus aediles reppromitti jubent: sane de<sup>72</sup> dolo donator obligare se et debet et solet: ne, quod benigne contulerit, fraudis consilio revocet.

63. *ULPIANUS*, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Sciendum est, ad venditiones solas<sup>73</sup> hoc edictum pertinere, non tantum mancipiorum, verum ceterarum quoque rerum<sup>74</sup>. Cur autem de locationibus nihil edicatur, mirum videbatur: haec tamen ratio redditur: vel quia nunquam istorum de haec re fuerat jurisdictio: vel quia non similiter locationes, ut venditiones, sunt.

64. *POMPONIUS*, lib. 17 Epistolarum.

Labeo scribit, si uno pretio plures servos emisti, et de uno agere velis, [inter] estimationem servorum proinde fieri debere, atque [ut] fieret in astimatione bonitatis agri, cum ob evictam partem fundi agatur. — § 1. Idem ait, si uno pretio plures servos vendidisti, *sanosque esse* promisiisti, et pars duxat eorum minus sana sit, de omnibus adversus dictum, promissum, recte agi. — § 2. Ibidem ait, errare et fugere judgmentum posse, nec tamen erronem aut fugitivum esse agi posse.

65. *VENULEIUS*, lib. 5 Actionum.

Animi potius, quam corporis vitium est, [veluti] si ludos assidue velit spectare, aut tabulariæ pictas studiose intuicte, sive etiam mendax<sup>75</sup>, aut similibus vitiis teneatur. — § 1. Quotiens *morbis sotius*<sup>76</sup> nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat: nocere autem intelligi, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur. Sed morbus soticus eum videtur, qui incidet in hominem, postquam est natus sit: *sones enim noctentes* dici. — § 2. Servus tam *veterator*, quam *novitus* dici potest: sed *veterator*, non spatio serviendi, sed genere et causa astimationum, Cælius ait: nam *quicunque ex vnicolino noviciorum emptus*, aliqui ministerio prepositus sit, statim cum *veteratorum* numero esse: *novicium* autem non tyrocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. Nec ad rem pertinere, latine sciat, necne: nam nec ob id *veteratorem* esse, si liberalibus studiis eruditus sit.

## TIT. II.

### DE EVICTIONIBUS<sup>1</sup>, ET DUPLE STIPULATIONE.

66. *ULPIANUS*, lib. 28, ad Sabinum.

Sive tota res evincatur, sive pars<sup>2</sup>, habet regressum empor in venditorem; sed cum pars evincatur, si quidem pro indiviso [evincatur], regressum habet pro<sup>3</sup> quantitate evictæ parts, quod si certus locus sit evictus, non pro indiviso portio fundi, pro bonitate<sup>4</sup> loci erit regressus: quid enim, si, quod fuit in agro pretiosissimum, hoc evictum est; aut quod fuit in agro vilissimum? estimabitur loci qualitas, et sic erit regressus.

67. *PAULUS*, lib. 5, ad Sabinum.

Si dupla<sup>5</sup> non promitteretur, et eo nomine agetur, dupli condemnandus est reus.

68. *ULPIANUS*, lib. 10, ad Sabinum.

Cum in venditione servi peculium<sup>6</sup> semper exceptum esse intelligitur, is homo ex peculio summam quandam secum abstulerat: si, propter hanc causam, furti cum empore actum sit, non revertetur empor ad

70. venditorem ex stipulatione duplae: quia furtis, noxisque solutum esse præstari debet venditionis tempore, hæc autem actio postea cœperit.

69. *ULPIANUS*, lib. 52, ad Edictum.

Illud queritur, an is, qui mancipium vendidit, debeat fidejussorem ob evictionem dare, quem vulgo *auctorem secundum* vocant? Et est relatum, non<sup>7</sup> debere: nisi hoc nominatim actum est. — § 1. Si impuberis nomine tutor vendiderit, evictione secura, Papinianus lib. 5 Responsorum ait, dari in eum cuius tutela gesta sit, utilem actionem: sed adiicit, in id demum, quod rationibus ejus acceptolatum est: sed an in totum, si tutor solvendo non sit, videamus? Quod magis puto: neque<sup>8</sup> enim male contrahitur cum tutoribus.

70. *PAULUS*, lib. 53, ad Edictum.

Servi vendor *peculium accessorum* dixit: si vicarius evictus sit, nihil præstaturum venditorem Labeo ait: quia sive non fuit in peculio, non accesserit: sive fuerit, injuriam<sup>9</sup> a judice empor passus est: aliter atque si nominatim, *servum accedere*<sup>10</sup> dixisset: tunc enim præstare deberet in peculio eum esse.

71. *GAIUS*, lib. 40, ad Edictum provinciale.

Si fundus venierit ex consuetudine ejus regionis in qua negotium gesum est, pro evictione caveri oportet.

72. *JULIANUS*, lib. 13 Digestorum.

Qui a pupilo substitutum ei servum emerit, agere cum substituto ex emplo potest: ex stipulatu de evictione, cum neutram earum actionem aduersus pupillum habere potuerit.

73. *PAULUS*, lib. 43 Digestorum.